Intra crudeles grassantur viscera cuncti,
    Omnes Christicolas opprimit ista lues.
Huc duodenarium a Jolanne Molano restitutum
sic lege:
    Spargere non cessant sacra mysteria lingua
        Calvinus, Lasco, Bullinger atque Mijeron.
    At vero qui monte gerit cognomina Doctor,
        Gressibus insistit docte Philippe tuis.
    Dum scindunt coetus specie pietatis acerbi
        Stentores, Illyricum, Vandalicumque genus.
    Qui Syncretismum credunt sacram esse Synaxin,
        Quos iuvat unanimem dissociare gregem.
    Desine Pontificum technas, rabiemque minasque
        Adversus Christi dogmata fixa sequi.
    Desine quid coelum misces clamosa propago!
        Desine in insontes quae strauis ista lues.
Bremae 7. Septemb: 1559.

Jeronymo Commelino 183.)
Pax Christi.

Dederunt hic operam magni viri et mihi inprimis ami- [=Mscr. a. 7 =
ci, ne me alio transferrem, sciunt in quibus aerumnis fuerim Nr. 44]
hactenus et metuunt graviores: plus valent consilio et pru-
dentia, quam ego et onus a me receptum melius intelligunt,
quam ego possum cogitare. Sed illi quibus me semel
obligavi, tam graviter me urgent, ut nullo pacto absol-
vi possim. Restat igitur ut juxta consilium vestrum
subjiciam me necessitati, et Spiritui Christi me regen-
dum permittam, orans illum ne deserat me in angustiis,
ne discedat a me: sit mihi Paracletus in consiliis et peri-
culis, sit mihi in Deum protectorem, et in domum refu-
gii ut salvum me faciat. Vos autem fratres mei, qui invo-
catis Deum in sinceritate, adjuvate quaeso laborantem ani-
mam meam precibus vestris, ut Spiritu Christi corro-
boratus stare et aliqua ei grata facere possim. Quod nisi
fiat, ut me Domini manus prodigiose sustentet, ne s-

resistere Diaboli impressionibus potero, neque suscepto mu-
neri in ista corporis imbecillitate superesse paucis die-
bus post Michaëlis (si volet pater noster coelestis)
emigrabo. Comites adsumam, quam potero, paucissi-
mos nimirum pueros aliquot maximè tractabiles,
qui me in novo exilio consolentur, simulque loco filiorum
Antonius aegrè à studio poterit abduci, oculorum
hebetudo non sit major. Si vobis probatur erit vo-
biscum, ut sit Jacobi custos adjiciam ut in latinae
linguae cognitione saltem mediocritatem quandam asse-
quat. Erunt illic res paulò cariores, ego tamen certè
hoc anno de pretio nihil mutabo, dum modo sum-
ptus itineris ex aequo solvant pro sua quisque portione.
Expediret fieri pueris pallas pellitas, quibus in publi-
co honestè uti possint. Rationes uniuscujusque nominatim
descriptas, ut argentum in tempore reddatur. Nam mihi
primus fabulae hujus actus perquam sumptuosus erit. Constitue-
ram ante migrationem ad vos transcurrere de sociis
sociis acturus coram. Sed Dominus me imbecillem alioqui sic ad-
obruit multitudine molestiarum, ut nullo modo tantillum tem-
poris decidi possit. Rectè dictum est: Non est hominis via
ejus, neque viri, ut dirigat gressus suos. Dicas ex me salutem tua
piissimae conjugi. Tum autem verbi divini in ecclesia vestra
fideli ministro pastoremo Nicolao Gardinio, ejus charissimae u-
xori et fratribus omnibus, quos obnixè rogo propter gloriam
Dei, ut meam miserrimi hominis qualemcunque in ministerio
scholastico industriam et puerorum salutem communium
patri nostro communibus votis commendent. Vale
Frater venerande 11. Septembr. Bremae 1559.

Vobis amicus
Johannes Molanus

(84.)

Theodoro ab Haer D. Doctoris Lamberti
piae memoriae filio Pax Christi.

[= Macr. a. 7: Nr. 45]

Tuis literis cordatae adolescens non potui ante hac